Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



firmasset dominus regem eum sup
isrl· et quoniam exaltasset regnū ei
sup pplum suum isrl· Accepit ergo adhuc
concubinas et uxores de isrl· postquam
venerat de ebron· natique sunt dauid
et alii filii et filie et hec nomina eorum
qui nati sunt ei in ierlm· samua et sobab
et nathan· et salomon· et ybaar· et elisua
et sefeg· et iasia· et elisama· et helida· et eli
pheleg· Audierunt ergo philistum· quod
unxissent dauid regem sup isrl· et as
cenderunt uniuersi ut quererent dauid
Quod cum audisset dauid descendit
in presidium· philistini autem venientes
diffusi sunt in ualle raphaim et consu
luit dauid dominum dicens· Si ascendam
ad philistum et si dabis eos in manu mea
Et dixit dominus ad dauid· ascende
quia tradens tradam philistum in manu
tua· Venit ergo dauid in balphasim
et percussit eos ibi et dixit· diuisit domi
nus inimicos meos coram me sicut
diuiduntur aque propterea uocatum est no
men loci illius baalphasim· et reliquerunt
ibi sculptilia sua que tulit dauid
et uiri eius· et addiderunt adhuc phi
listum ut ascenderent et diffusi sunt in
ualle raphaim· Consuluit autem da
uid dominum dicens· si ascendam contra
philisteos et si tradas eos in manus
meas Qui respondit· nec ascendas
obuiam eis· sed gyra post tergum
eorum et uenies ad eos ex aduerso pi
rorum et si audieris sonitum clamo
ris gradientis in cacumen pirorum
tunc in ibis prelium cum eis quia dominus
egredietur tunc ante faciem tuam
ut percuciat castra philistum· Fecit itaque
dauid sicut preceperat ei dominus et per
cussit philistum de gabad· usque dum
iezaer venisset·

VI

Congregauit autem rursum
dauid omnes electos isrl·
xxx· milia· surrexitque dauid
et abiit et uniuersus populus cum eo· de
uiris iuda· ut adducerent archam dei
sup quam inuocatum est nomen dei
exercituum sedentis in cherubin sup
eam· et imposuerunt archam dei super
plaustrum nouum tulerunt que eam
de domo aminadab· qui erat in ga
baa· oza autem et duo filii aminadab
minabant plaustrum nouum· Cumque
tulissent eam de domo aminadab·
qui erat in gabaa custodiens archam
dei haio precedebat archam· Dauid
autem et omnis isrl· ludebant coram do
mino in omnibus lignis fabre factis
et cytharis et liris et tympanis et sistris et
cymbalis· Postquam autem uenerunt
ad aream nachor extendit manum
suam oza ad archam dei et tenuit eam
quoniam calcitrabant boues et declina
uerunt eam· Iratusque est indignaci
one dominus contra ozam et percussit
eum sup temeritatem· Qui mortuus
est ibi iuxta archam dei· Contristatus
est autem dauid sup eo· quod percussisset
dominus ozam· et uocatum est nomen
loci illius percussio oze usque in diem hanc
Et extimuit dauid dominum in die
illa dicens· Quomodo ingredietur ad
me archa domini et noluit diuertere
ad se archam domini in ciuitatem dauid
sed diuertit eam in domum obededon ge
thei· Et habitauit archa domini in domo
obededom gethei· tribus mensibus
Et benedixit dominus obededom ge
theo· et omnem domum eius· Nunci
atum que est regi dauid· quod benedixisset